



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118456**

§. 90. Livianus cum copiis suis recedit, ac Liganum occupat.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](#)

Sæcul. XVI. sponte munus suum abdicavit, ac urbe  
A.C. 1513. excessit, civium non paucis eum comi-  
tantibus, qui ejus administratione mire  
laeti obortis etiam lacrimis illum seque-  
bantur: Octavianus autem Fregosius in  
ejus locum Reipublicæ Dux feligebatur,  
Gallis denuo inde depulsis, qui ad Lan-  
ternæ arcem fugere compellebantur: Igi-  
tur Ludovicus Galliarum Rex unius men-  
fis spatio Genuam, & Mediolanum oc-  
cupavit, simulque amisit: Maximilianus  
vero Sfortia pristinam Ducatus sui posses-  
sionem recuperavit.

## §. XC.

*Livianus cum copiis suis recedit, ac  
Lignanum occupat.*

*Mariam. lib. 50 n. 90.* Interea Livianus Veneti exercitus Dux,  
percepta Gallorum clade, nulla mora  
cum copiis suis ad Reipublicæ ditiones  
se recipere, animo constituit; unde  
præsidio Cremæ imposito, Athesi flumi-  
ne vectus, Balonium præmittit, qui Li-  
gnanum urbem occuparet, ut tutum ei tra-  
jectum per Athesin pararet. Mollis admo-  
dum brachio Lignanenses incolæ Vene-  
torum impetus retundebant: casu etiam  
accidit, ut, cum Livianus tormentis, quæ  
advexerat, arcem quateret, flamma ad  
pulveris pyri receptaculum penetraret,  
quo infortunio Veneti opportune usi per  
muri

muri hi atum inopino hoc cuniculo patefactum irruperunt, ac Cæsareos milites A. C. 1513. præfidiarios una omnes jugularunt.

§. XCI.

*Veronna a Liviano cincta, & soluta  
obsidio.*

Livianus prospero hoc successu animatus, copias suas Veronnam usque adducere constituit, urbis obsidionem tentaturus, quæ quamvis tribus equitum millibus, totidemque peditibus Germanis munita esset, eamque Rocandolphus tueretur, Livianus tamen hæc minime moratus, cunctis majoribus tormentis uni suggestui impositis, viginti quatuor horarum spatio ingentem muris labem intulit, moxque equitibus suis, equo descendere jussis, cuncta ad irruptionem disposuit. Verum mutato repente consilio, obsidionem solvit, quam tamen paucis post horis denuo urgere incipiens, impigro conatu in urbem impressionem fecit; cum autem ipsem Rocandolphus cum ter mille quingentis Germanis oppugnantium impetum propulsaret, ac Venetorum, si qui proprius accederent, audaciam aut vulnere aut morte plesteret, Livianus hujus Belliducis fortitudine territus assultum interruptus, ac secunda jam

Kk 5

vice